

33 interdictorum. Quæ autem nulla prohibitione vetan-  
 33 tur, quonam pacto si fiant, adversationi causam ali-  
 33 quam præbent? At vero sacratissimi Principes, tem-  
 33 poris [ uti quidem apparet ] ratione habita, & hono-  
 33 ri Pontificibus exhibendo per oblationem rerum, oc-  
 33 cationem præbentes, etiam Laicos præstationi hujus  
 33 obnoxios esse voluerunt. Eaque de causa visum est,  
 33 æquissimum esse, ut utrinque Pontifices, tam a Sa-  
 33 cerdotibus, quam Laicis, Canonici nomine sancita  
 33 ferant; quandoquidem stipendiis propriis, secundum  
 33 divinum illum Apostolum, nemo militat. Sed & Pa-  
 33 stor aliquis pastoritiam faciens, lacte vesci non ve-  
 33 tatur: & qui vineam plantat, de fructu decerpere,  
 33 non prohibetur. Præterea Lex etiam vetus conjici  
 33 fructum partem in quasillum jubet, & in Dei tem-  
 33 plum deportari, ubi de manibus offerentis, ea Sacer-  
 33 dos accipiat, & ex adverso altaris colloquet, votisque  
 33 conceptis benedicat: quibus peractis, benedictus ille  
 33 futurus sit, qui obtulit, una cum domo sua, & fun-  
 33 do, & reliquis facultatibus. Quod si hæc illorum ta-  
 33 lia, quo pacto non majorem ista benedictionem con-  
 33 sequentur, quum divina sacrosanctior sit, atque per-  
 33 fectior? In hunc ergo modum quum prius indicatum  
 33 Synodale Decretum, & insequuta Imperatoria sacra  
 33 Sanctio, in nullo inter se discrepent; statutum est,  
 33 ut præter hæc, nihil aliud fiat, sed quæcumque præ-  
 33 ceptum est a Sacerdotibus solvi, ea solventur, si  
 33 nummi sint, in nummis; sin autem, in proportiona-  
 33 li quantitate rerum sanctionibus Imperatoriis expres-  
 33 se insertarum; nec his amplius aliquid nomine ali-  
 33 mentorum illius, qui ordinat, ab ordinando expen-  
 33 detur. Quæcumque vero requiruntur a Laicis, sol-  
 33 ventur in nummis, & speciebus, & argenteis, pro-  
 33 ut dictis sanctionibus inseruntur. Sic enim nec olim  
 33 in Synodis decreta violari videbuntur, nec deinceps  
 33 Imperatorio sancita jussu, rejicula fient; sed utraque  
 33 inter se conciliata, cunctis in locis, atque urbibus  
 33 citra ullum impedimentum, observabuntur. Atque  
 33 hæc